



~~EX BIBLIOTH.~~
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-17

SIGNAT. c1515 CCCXIII.

Ergänzen die oben Viteberg.
* Prinzip. friv. seniores. Viteberg.
* Leipz. f. Chancery Halle
Hann. Magdeburg. Berlin. Halle.
7. F. M. Schenck krichmansi. de Bergoglio.
ex 2. Aug. 11. Viteberg. 1527
+ Recke war zu Meining. Wiesenthalhausen.

+ ex 9. 6. LXVIII. 2526
Ex 9. XCIX. 6.
* ex 9. XI. 1023.

zur Zeit vertheilt 17. III. 1915.

- Index Dissertationum hoc volumine contentarum.
 1. M. Johann. Conradi Boetmanni de Salamone à Leptis modo vindicta
 2. * Jodan. Alaji Et ijs, quæ fuerint in area fbedentis.
 3. * Jodan. Alaji Et ijs, quæ fuerint in area fbedentis.
 4. * Alart. Sipenij de Navigio Salomondo. Viteb. 1654.
 5. * Jodan. Griffop. Richmam Sanxeri de Navigione Bobitica. Viteb. 1709.
 6. * Jodan. Helric. Willemeri de Pallio Chia. Viteb. 1679.
 7. * Jodan. Hageni De abortuando Atoabi Sacrificio. Viteb. 1716.
 8. * Jodan. Richmanni Sanxeni Vergal Cuthorum. ex 2 Reg.
 9. * Jodan. Richmanni XVII. 20 Viteb. 1707.
 10. Jodan. Richmanni Reg. 20 Viteb. 1710.
 11. Griffop. Crambundt Reg. 1650. Tropantus tudentorum.
 12. Griffop. Richmanni Reg. 1650. Reg. 1713.
 13. Jodan. Adolphi. Mullen de obae Regis pompa funeraria. 1710.
 14. Jodan. Helric. Willemer de Chia OAYMAT OYPI OI. K. 1679.
 15. Jodan. Rothofst. Camenij. Aqueductus His Rica. K. 1714.
 16. Jodan. Lind. Richmanni Sanxen de Maledictionibus diei.
 17. Jodan. Lindem. itidem de Maledictione. Diei professor. 1712.
 18. Andrea Pennerti de Voco Iobi cap. XII. 25. 169 Viteb. 1674.
 19. Jodan. Iul. Dajen. De hemot et qeyat dan. Viteb. 1711. Reg. 1708.
 20. Jodan. Oberh. Annadversionis Baltic. Cent. 1. Decann. I.
 21. Jodan. Lindem. Decuria Z et 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Franca
 22. Jacob. Wellen. Psalmi primi expositione. Viteb. 1659.
 23. Jodan. Helric. Willemein. Reculum p. h. ex P. L. Viteb. 1678.
 24. Andic. Boecij. Sursum non Geschichtus. ex P. 37. p. 25. Viteb.
 25. Jodan. Helric. Willemein. Deus optima Portio filium. Viteb. 1679.
 26. And. Pennerti De נָתַן sic dictis. Ordinum. K. 1670.
 27. Mich. Boecij. Ornamentum Iesii ex P. CXVIII. 27. Viteb. 1677.
 28. David. Wendeslen. Quatuor ab locis ita ex Poced. 30. 18. 19. Viteb.
 29. Anton. Punktum animatae scientie & mortis determinatio. 1670.
 30. M. Jacob. De Cence obser. Pathologia ad ap. III. et IV. Cant. Viteb.
 31. Augusti. Pfeiffer. Dubiorum Select. ex Etat. a Trias. Viteb. 1670.

IN LIBROS REGEN.

(1677)

69. And. Semerti. Treses Philolog. 2. p. M. Georg. Schwarze Vt.
 70. Job. Christopher. Wichtmannhausen Propositio[n]es Philologicae.
 71. Ejusdem p[ro]p[ositi]o[n]es Philolog. usp. n. Daniel. Petlio
 72. Ejusdem Philologemata octo Selectiora. Vt. 1713.

Einst M. Georgio Carolo Petri. Vt. 1715. f.

- Ex M. Job. And. Danz de Iudao proprio ingulato gladio
 do Job. Cap. III. Vt. 1679.
 37. ex Deleg. III. 4. 5. Responser eas Georg. Franckfarer Cen
 nicio Hungaricus.
 38. Profy eas M. Georg. Pet. Meinhardt Vt. 1680.
 42. ex Kreis. XXV. 25 et XI. 41. Vt. 1703.
 43. Ejusdem de eadem argu Vt. 1704.
 44. Drates erat Job. Christopher. Wichtmannhausen. Vt. 1714.
 Ex M. Sebastian. Kirchmeier de Metamorphosi Natura[m]
 profor[um] ex Danieli IV. Vt. 1554.
 51. ex Pfeffer M. Job. Wilhelmus Williger Vt. 1671.
 52. ex Danieli V. Vt. 1681.
 53. Vt. 1708. resp. Sam. Jacob. Loeschen.

54. qui Joann. Vacca deglunxit. resp. M. D. Sorkel. Kircdama
 iero. Vt. 1705.
 55. Cap. XI. 13. Vt. 1712.
 56. ex Zaidar XII. 11. resp. M. Thibald Grabens. Vt. 1709.
 57. prof. de M. Conrad. Sam. Schurz fleissig. Vt. 1664.
 58. resp. M. Henricus Pladecius

E

2. B. V.
RECTORE ACAD. MAGNIFICENTISS.
FRIDERICO AVGUSTO
SERENISS. IVVENTVTIS PRINCIPE
AQVAE DUCTUS
HISKIAE

M. ERDM. GOTHOFR. CAMENTIVS

AL. ELECTORALIS
AD III. EID. AVGUSTI
A. R. G.

• 1000 CCXIII

PUBLICE EXCVTIET

COMMITTONE

CHRISTOPH. SAMVELE MARTINI DRESD.
PHIL. ET S. THEOL. CVLT.

VITEMBERGAE

Ex officina CHRISTIANI SCHROEDTERI ACAD. TYPOGR.

2) 13

12

RECTORVM MUNICIPALITATIS
FRIEDERICI AGASIO
SERENISSIMAE DUCATUTIS LIPSIENSIS
AOAEDILECTUS
HIS RIAS
ERD GOTHIC CAMPANIA
VI FUGITIVI
XII ET XI ELEGANTIA
OO ID G S XIFI
SUSCIPIT SUSCIPIT
SUSCIPIT SUSCIPIT
CHILOPOLIS SAVIAE MENTIT DICO
HOM ET HOMINIS Q
GATAMALICA



INCLUTO DRESDENSILM SENATUI
VIRIS

*NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
CLARISSIMIS PRUDENTISSIMIS*

**DOMINIS
CONSULIBUS
PRAETORI
SYNDICO
AC RELIQUIS
ADSESSORIBUS**

MULTO GRAVISSIMIS

**DOMINIS MECOENATIBUS PATRONIS
OMNI ANIMI RELIGIONE
COLENDIS,**

Hoc Specimen Academicum

D. D. D.

Respondens.

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI,
CLARISSIMI PRUDENTISSIMI
DOMINI, MECOENATES ATQUE PATRONI,

Et si res in civitatis salute positæ arduæ omnino sint, ac difficillimum reputetur, certa firmaq; ratione causas in discrimen adductas prudencia & consilio tempestive regere; alitur tamen interdum animus, si intervalla negotiorum otio literali dispungere & curarum molestias dulcedine literarum lenire & permulcere debeat. Non immorabor exemplis prudentissimorum Virorum, quos vel ipsa Dresdena urbs incluta, in sinu suo tulit, quorum maxima semper fuit existimatio, memoria vero etiam nunc in omnium animis hominum vigeret, & jucunda recordatione sustentatur. VOS ipsis testes habeo, MECOENATES SUMMI, qui amplitudine muneris immortali cum laude non modo urbem, Augustam regiam, gubernatis, sed artes etiam amplificatis, ut, tanquam certissimo documento, ex utroque magnitudo VESTRA exsplendescat. Quapropter nihil me deterruit, ut hanc de aquae ductibus commentationem VOBIS, STATORES REIPUBLICAE SUMMI VESTRISque NOMINIBUS inscriberem. Romanorum aquae ductus spectabant in primis ad Senatum, hinc amplificata arte latius manabat eorundem ulus, & frequentabatur in primis in aula Principum, quarum delectationi maxime inserviebat. Cui igitur potius hos commendarem, quam iis, qui & ad gubernacula Reipublicae sedent, & in illustrissima Saxonis regia Romanorum Catones Hortensiosq; ingenii gloria aequant. Nihil igitur addo aliud, quam ut DEUS O. M. piætati clientis attendat, hasq; preces, quibus Reipublicae universae Dresdenis salus circumscribitur, exaudiat facilis, & VIROS, quorum in vultibus civitatis imago expressa est, felices praestet, inque innumeros annorum excursus servet, atque omni omnium bonorum sibiique commendatas habeat.

AMPLISSIMI VESTRI CONSESSUS

Dabam Vitembergac ad
III Iduum Aug. A. O. R.
M DCC XIV.

obsequientissimus cliens
Christophorus Samuel Martini,

سُبْحَانَ اللَّهِ وَسَلَامٌ عَلَى النَّبِيِّ وَصَلَوةُ رَحْمَةٍ وَرَحْمَةٍ
Sapientia Israëlitica, felicitate seculi aucta, priusquam turpi la-
 be insiceretur gens Hebraea, & cum pietate sapientiae quo-
 que puritatem amitteret, altius ita subinde surgebat, &
 maiora præstantiae suae ac dignitatis incrementa, melio-
 resque accessiones capiebat, ut felicissima terra Canaan, in
 qua perennis divinae benedictionis fons oculis fere judicari non poterat,
 utras in partes magis fluenter, magna agrorum ubertate frugumque copia
 affluens & omnium rerum proventu redundans, sapientissimi viris, &, ut
 tum erant tempora, excellentibus ingenii abundaret. Nobis jam id opera
 non est, prolixius tradere sapientiam patriarchalem, de qua tum sacrae li-
 terae, tum alii hujus rei interpres Josephus, Eusebius, Lambechius, Mo-
 nochius, Stillingfleet &c. memoriae aliquid prodiderunt; eam tamen
 Historia Judaica non parum illustrabit, in qua Graecos aliasque gentes
 initia plerarumque disciplinarum ab Israëlitis, perinde uti Persae ab Ia-
 dis accepisse, commemoratur. Non inscite monet R. Schem Tobh in
 Porta 3. c. 4.
 סְבִרָה וְנַחֲלָתָם גַּם כְּפָרָה וְיִשְׁעָה כְּפָרָה וְנַחֲלָתָם כְּפָרָה וְנַחֲלָתָם כְּפָרָה
 סְבִרָה וְנַחֲלָתָם כְּפָרָה וְנַחֲלָתָם כְּפָרָה וְנַחֲלָתָם כְּפָרָה וְנַחֲלָתָם כְּפָרָה
 Verum est quod
 Philosophi furati sint artes & adulterarint eas. Nullum quippe dubi-
 um est, quin multi libri à priscie (Hebreis) conscripti fuerint. Sic
 constat de Libro Enoch, quem R. Simon ben Jochai adducit in libro Zor-
 bar.
 In eo multa scripta fuerunt de artibus & disciplinis Philosophie
 et de scientia item siderum & astrorum, eorumque dominio. In Prae-
 fatione autem istius libri dicit; Habuisse illas gentes sapientiam mul-
 tarum rerum, quae tamen nihil aliud fuerint quam faeces & scoriae sa-
 pientiae filiorum Israëlis. In hanc sententiam alii etiam Judaeorum Ma-
 gistris, sed ornatori doctrina praediti aliquid dixerunt, R. Meir Aldabi
 Toletanus Sect. 8. in libro quem vocat Schevile Emunah, R. Asarias in li-
 bro קְרֵבָה Cap. XXII. fol. 91. col. 2. Isaac Abarbenel Comment. in
 Cap. I. Idem etiam in libro Juchasin fol. 157. col. 2. legi. Quam-
 vis alioquin non abnuam, Graecos, aliasque nationes scita Judaeorum ad
 deteriora principia applicasse, ac potius corrupisse, recta consumuisse,
 quaeque legibus fundata erant, legibus evertisse, & quicquid securiora
 via ea tempestate permetterent, assidue cogitavisse, nihilominus tamen
 sapientiae Israëliticae Graeci in primis semper cupidissimi fuerunt, quod
 patet ex R. Gedalja ben jechaija, qui in Schalschles hakkabbala p. m. 80.

ita promunialis: וְנִזְמָן אֶלְעָדָה בְּרַבְדֵּם וְנִזְמָן כְּלֹתָה
אֲלֹתָה לְזִבְחָה בְּרַבְדֵּם וְנִזְמָן כְּלֹתָה Isstud notari meretur, quod
multi sapientum Atheniensium & Graecorum profecti fuerint Hierosolymam, ut viderent sapientes Israelis, quorum fama & sapientia in toto
terrarum Orbe celebretur. Sordere ipsis coepерunt omnes peregrina-
rum gentium disciplinae, si ingeniosa inventa sua, ac sapientiae à DEO
traditae praestantiam intuerentur, unde & decretum istud Hyrcani & A-
ristobuli tempore fecerunt, quod R. Zacuth memorat in libro Juchas-
sin: וְנִזְמָן כְּלֹתָה מִזְמָרָה מִזְמָרָה Maledictus sit qui filium suum Graeco-
rum disciplinis instruxerit. Quod utinam sibi dictum putarent Critici
nostrii seculi, qui omnia ista, quae sapientes Israelis vel bene instituerunt,
vei ingeniouse artificioseque exocigitarunt, imo omnia paene miracula
sacri Codicis, quae stupori erant populis, extenuant, & diminuant, ac
si ita fert facultas, de his dubitare non erubescunt, aliisque, si quid sa-
lutariter est dictum aut factum, gentibus vindicant, quod tamen E-
breæ genti acceptum est referendum. Erat certe paeclarata opera, quam
in Geometria, Astronomia, Mechanica, aliisque artibus ac disciplinis pri-
scii sapientes colloocabant. De Mathesi Mosaica scriptum aliquid reliquit
Sam. Reyherus de horologio Achazi commentatus est Schoenbergerus in
Sole illustrato, Mechanica autem constat ex Guidiabaldo e Marchionibus
Montis in Praef. Mechanicae. Hinc ubi Deus dicitur Sap. XI. c. 2.
נִזְמָן כְּלֹתָה מִזְמָרָה מִזְמָרָה disposuisse, illud fortasse Platonis:
τὸς θεοῦ τῆς γεωμετρίας ὡρινήν τράχιλην

II. Nihil equidem gloriae in cultura Mathematicarum scientiarum
aliorum populorum, ac eorum in primis, qui originem sibi & inventio-
nem quarundam disciplinarum sumserunt, detrahere volumus; sed con-
cedimus Algebram Indis, Persis & Arabibus citius fortasse, quam Dio-
phantes eam tradidit, cognitam fuisse, teste Vallisio in Tr. de Alg. c. II.
pi. 4. Architecturam civilem Babyloniorum & Graecis deberi, Geographi-
am Homero, Geometriam Ægyptiorum. Neque tamen non verosimile est,
quando inventionem Astrologiae Setho & Abrahamo velimus adscribere,
li stemus rationibus a Josepho L. I. Antiqv. c. II. & IX. subductis, Mechani-
cam vero Caino, ut idem praecepit Josephus L. I. c. 3. siquidem est or-
iginium facile antiquissima, perinde ut Architectura militaris. Has enim
artes, quibus se à variis tempestibus defendenter, hostem & pericula
propulsarent, tum natura ipsa tum necessitas etiam edocuit. Ejusmodi
vero artificia, quae sua se simplicitate commendant, solentes etiam spes-
cato

latores in profundam admirationem rapere solent. Proponamus animo
artem hydraulicam, in qua natura cum arte velut de palma certat, quoni-
am vel in hac quid efficere posset, experta videtur. Fontes cum in se sint fri-
gidi, sed ubi in ardenter locum cadunt, humore & igni inter se conguen-
tibus, calidos in se recipiunt spiritus, auctor est Vitruvius L. VIII. C. III. p.
345. Ex his autem qui non sunt aperti, sed aut saxis aut alia vi detinentur,
per angustas venas vehementia spiritus extruduntur ad summos grum-
sum tunulos. Attamen nihil est ex sententia in primis Rabbinorum antiqui-
us Thermis Tiberiensibus, quae, antequam arte ducebantur, flos veluti du-
ctus subterraneos formabant. Imo si omnem hanc artem solerter expen-
dimus, nescias fere, primo ejus usu explorato, gentisne indolem generosae,
an vero simplicitatem principii mirati debeas. Est enim lapsus plane natu-
ralis aquarum intra canales fluentium, sed is tamen in quo majestas ope-
ris cum arte & amoenissima varietate & utilitate lene aliquod certamen-
tire cernitur.

III Quare non minoris erunt pretii aquaeductus (quos Pindarus Oλ. 10.
4. p. 56. στρυμόνας ὄχεται, venerando canales vocat, tum ob vetustatem, tum
etiam, quoniam, teste Dempstero ad Antiq. Rosini L. I. c. 14. p. 58, magna
iis poena constituta erat, qui aquaeductus violassent,) in primis vero aquae
Gichon superioris ductus Ezekiae, quos sapientissimus Rex contra infidias
hostium extrui, obstructumque fontem insigni artificio, ne populus penu-
ria aquae laboraret, (quae peritia rei militaris, teste Tacito Hist. II. c. 39. §. 4.
omnino in duce requiritur) in civitatem David derivari curavit. Hosigitur
ex fontibus ac originibus suis, quoad fert rei facultas, ita explanare institui-
mus, ut materia corundem forma, aliisque circumstantiis rite expensis
praecente Cap. XXXII. v. 30. 2. Chron. rem, quoad ejus fieri potest, ad
liquidum perducamus.

IV. Ezekias s. ut vulgo dicitur Hiskias, Rex in Jerusalem οὐαλογύμένος
θεοῦ, ut eum appellat Josephus ἀρχαγαλ. Βιβλιον. θ. β. & praecipua autorita-
tate & insigni pietate totus in eo erat, ut in colendo vero Deo, ejusque cultu
religiose agendo, provehendo, ac universum populum ad eundem fre-
quenti concione & precibus publicis atque privatis diligenter adhortando
omnes curas Imperii & cogitationes defigeret. Quare, cum cerneret popu-
lus eximiam Regis sui pietatem, quod in folio ejus federet Sapientia, in cor-
de viveret clementia, in manu explicaretur liberalitas, & in victoriis divi-
na gloria triumpharet, qui denique non praecipiendo tantum, sed exemplo
quoque suo cunctas ad divinum cultum excitaret, dictis ejus audiens erat,

& parendi obsequio multas primitias abundantē offerebat. Re itaque sacra bene constituta, primitiis undique submissis, ut diurno etiam ac perpetuo gauderet successu, sedulo erat providendum ne quid eadem detrimenti caperet. Postquam igitur Senacherib Rex Assyriorum, quem corrupte eundem facit cum Salmanassar Eusebius in Chron. quoniam Ezekias foederi, quod maiores ejus cum Rege Assyrio sanciverant, non stabant, sed ab eo defecerat, ipsum & civitates Judae oppugnare cooperat, Ezekias vero, in quo multae erant regiae virtutes, ut rem sacram atque civilem, eversis hostium machinationibus, in sua sede sisteret, & omnem vim ac impetum frenaret ac prohiberet, sapientia maxime ac vigilantia, vindicantis imperii iuribus, excitandis rebus afflictis, quas sustinuerat regnum Juda, imperium tenente Achaz, & securitatis asserendae, ne obfisionis tempore populus aquae penuria laboraret, fecerat aqueductum magnis laboribus ac impensis, & arcans viis aquas duxerat, ut & hostibus eas interciperet, & Urbs difficultates belli aquis etiam superare posset. Ex quo identidem colligimus, Ezekiam istarum scientiarum, quarum usus apud Chaldaeos tunc temporis maxime frequens erat, valde fuisse studiosum; uti alii etiam, solis his iuncti rationibus, judicant, leges eundem posuisse de intercalando tertio quoque anno, mensi Nisan. Sed enim, quamvis huic, quod obscurius saepe interpres tradunt, fides temere habenda non sit, nihil tam aliquin abnuam, quin Ezekias regulas quasdam prioribus & ad suis usque tempora usitatis commodiores invenerit, easque usui publico destinari curaverit. Unde nonnulli conjecturam faciunt, apposite Dominum exhibuisse ipsi Ezekiae aegrotanti, conseqvendae salutis signum Es. XXXIX. 7. videlicet retrocessionis umbras solares tanquam ingenio suo valida accommodatum, ut refert Genebrardus Lib. Chron. & Aug. Torniellus in Annal. sacris & prof. p. 106. Ex his quidem, quantus fuerit Ezekias, satis intelligitur; Atenim, si Gemaram Babyloniam exutiamus, ejusque Cap. I. quod agit de בְּרֹכָה benedictionibus & precationibus, ibi Ezekias, quantum virtutibus eluxerit, tantum vitiis obrutus fuisse videtur. Verba quae in ipso Talmude leguntur, ita se habent: רַבִּים וּרְבִירִים עֲשֵׂה זָקִינָה תְּנִזְנִין עַל בְּחֻדְוֹ לֹו וְעַל שֶׁלֶשֶׁת לֹא הָרוּ לוּ גָּנוּ סְפַר רְפָאוֹת וְהָרוּ לוּ כְּתֵת נַחַשְׁתָּה וְהָרוּ לוּ גִּזְרָה עַצְמָתָה אֲבִי עַל סְתָמָה שֶׁל חַבְלִים וְחוּרוֹלָיוּ אַלְעָלָן בְּאָחָרוֹ לֹו סְתָמָם צִי נִזְנָהוּ וְלֹא הָרוּ לוּ קְשָׁזָבָה לְתֹתָה חַכְלָה וְשָׁנְתָסָם לְמַלְךָ אֲשֶׁר לְאַחֲרָיוּ לֹו עַרְבָּה נִזְנָן וְלֹא יְהִוָּה הָרוּ לוּ i.e. Rabbini docent, Hiskiam sex fecisse, ex quibus tria fuerint Lxx. data.

data, tria vero improbata. Abscondisse librum medicinalem, idque ejus factum fuisse approbatum; commissa est serpente ancum (quia populus ipso abutebatur ad Idolatriam) idque etiam fuisse laudatum; traxisse (ad fæculum pulchrum) ossa (impii) patris sui super lecto (vili) e funibus; atque hoc itidem fuisse approbatum. Tria tamen etiam commissa, ob qua fuisse set vituperatus. Obstruxisse aquas Gichonis, sed hoc non fuisse approbatum (ratio additur in Gemara, quia officii ipsius erat DEO fidere, qui auxilium suum contra Assyrios promiserat Ef. 27. 36.) Effregisse forent templi, easque transmississe ad Regem Assyriæ, sed hoc itidem fuisse vituperatum. intercalasse etiam mensem Nisan quando mensis iste jam inciperet, sed ob id etiam in uitium incurrisse. Pluta, quibus de Hiskia abundant verpulas hoc referre nostra vix interesse judicamus, uti etiam id agere supersedemus, quando autor Libri Ruth, Judicum et Ecclesiastæ creditur, de quo negotio vid. Huetius Dem. Evang. p. 405. 414. 726.

creditor, de quo negotio vid. Huetius Dem. Evang. p.403.414.716.
IV. Constat tamen suus Hiskiae honos & prudentia ejus, qua erat maxime conspicuus, in sacris literis mirifice praedicatur. Documento jam nobis sunt ipsius Aqueductus, qui 2 Chron. XXXII, c. 30, vocantur **שׁוֹמֵם אֶת-הַמִּלְחָמָה**, s. ut Arabi dicuntur putei exitus s. processus aquarum, s. ut Arabi dicuntur **שׁוֹמֵם אֶת-הַמִּלְחָמָה**.
multae aquae. Haec autem appellandi ratio optime declaratur, si fontem ipsum Gichonis cuius mentio fit in texto πηγὴν γλυκῶν οὐ πολλὴν ἔστεν, fontem qui dulcis est, & copiosus teste Josepho L. V. de Bell. C. 15. quem & Siloam dici existimat Kimchius Comm. ad 1. Reg. I. c. 33. folertiis contemplemur, quoniam mirifice etiam commendatur istius aquae salubritas ob pingues terrae venas profluentes, uti in Solis flumine quod vocatur Liparis natantes aut lavantes ab ipsa aqua unguntur. Hic vero fons (ex quo in celebratione festi Scenopégiae aquas hauriunt, quod libationem aquae vocant, ut legitur Tract. Succah c. v. Hal. 7. atque hoc festum tanto cum gaudio agunt Judaci, ut eod. Tr. c. v. Sect. I. dicant: **כִּי שָׁלָא רָאָה שְׂכָחָה בֵּית הַשְׁוֹאָבָה לֹא רָאָה שְׂכָחָה טִימָנוֹן** qui non vidit gaudium loci ab hauriendo denominati, nunquam vidit gaudium. Ex quo ritu Constantinus l'Empereur in Cod. Midd. C. II. Sect. V. verba Es. XII. c. 3. illustrat, quasi dicat Propheta: Maximi facitis gaudium quod in tabernaculorum festo quotannis recurrat, sed Messiae temporibus gaudebitis magis, quia aquas non e fonte Schiloah prope Jerusalem, sed e fontibus salutis Messiae haurietis, quod in novo etiam fodere Johannes C. VII. c. 37. 38. 39. C. IX. c. 7. intuit) per duplum rium se evacuavit in duplex stagnum, superius scilicet & inferius. Ita enim doce-

doceat R. D. Kimchius & R. Solomon ben Melech Comm. ad 2. Chron. XXXII c. 30. Nam inferior pars quod accepimus à Collectore cipporum Hebraic, quos in latinum transluit Hottingerus p. 28. in valle, etiam nomen habet aquarum Schiloa; fonte igitur superiore obturato deducbat aquas & ad aquæ ductum puteus erat stractus. Scite vero eundem fontem distinguit à flumine Gichon, quod alluebat totam regionem Chuschi s. Arabiam desertam Chaldaeae junctam R. Jom Tobh. in Comm. ad Cap. IV. p. m. 67. dicendo: **גַּתְּהָן וְהַנָּהָר לֹא חַיָּנָה נֶחֱּוֹן** **רְבִּפְּרַשְׁתְּ בְּרֵשֶׁת אֶלְאָמֵן חַיָּה בְּרוּשְׁלַיִם שְׁנָקְרָא כָּנָ** Idem in sequentibus verbis ad fontem Gichon Salomonem jussu Davidis à Sadoc Pontifice & Nathan Prophetæ sacro oleo in Regem unctum fuisse juxta Reg. I. 33. pronunciat, nempe ut Kimchius ad h. I. arbitratur, boni omnis causa, ut sit regnum ejus prout aquæ fontis sunt perennes. In hanc sententiam dicunt Hierosolymitani Tr. Sotah. fol. 21. 1. Regem non ungunt nisi ad fontem. Qua igitur autoritate nitatur Adrichomius Desc. Terr. quando in monte Gihon idem factum fuisse existimat, altius est inquirendum. Alias de hoc fonte Judaeorum commentationes praetermitto, quae prolixè interdum & scienter sed non apte perinde a reverente germaneque adferre solent. Lubet tamen hoc comparare **פְּרִ** R. Eliceris magni, librum, si a nughis discelleris, egregium & satis celerbrem. Hic vero Cap. XX. p. m. 21. de Adamo pronunciat, quod Sabatho quodam ingressus fuerit Adamus aquas Gihon superioris, donec pertingerent aquæ ad collum ejus, et supplices preces fuderit septem diebus sabbathorum vel hebdomadae, usque dum factum fuit corpus eius instar cribri, dixit Adam coram Deo; **דְּמֹנֵה עֲבָדָלְךָ מְלֵאָה** transseat quæso peccatum à me, & recipie panitentiam meam, ut discant omnes aetates, quod sit resipiscens & quod suscipias resipiscientiam convertentium se. Quid fecit sanctus ben. removit ab illo peccatum eius. reliqua.

IV. Cognito igitur fonte Gichon superiore, quem obturavit Hiskias, interior ratio jubet, ut aquæ ductus ipsos accuratiis investigemus. Verum tamen illi quo tandem apparatu & materia continentur, difficile dictu videtur. Fontes subterraneos fuisse, unde aquæ scaturirent, quoniam praesidio argumentorum sententia caret, aestimato rei judicio ut credam adduci non possum. Hi enim naturalem scaturiginem habent, quod intelligitur ex Aristaceae historia de scripturæ per LXX. Interp. translatione p. 27. ad Bas. ubi de templo Hierosolymitano loquitur:

νέφατος δ' ανέκλειπτός εἴτι σύστατις, ὡς ἀν κα πηγῆς ἔσθιθεν πολυρήτις Φυσικῶς ἐπιρρεόσης εἴτι δὲ Θαυματίων καὶ αδιηγήτων ὑποδοχήσιων υπαρχόντων ὑπὸ γῆς πάντες σαδίων κυκλοθεν τῆς κατὰ τὸ οἰστὸν καταβολῆς. Ergo canarium ac tuborum ope aquas deduxisse Hiskiam, earendemque thesauris civitatem David s. τὴν ἄνω πόλιν, auctore Josepho L. II. de Bell: c. 39. locupletasse, aptius omnino declaratur, quod plenius deinceps patebit. Explanabit interim rem memoria istorum temporum. Legimus enim Tr. Jevamoth fol. 15. 1. de f. cisterna Iehu, ubi Gloss: *In eo se tinxerunt, quamvis in eo non forent 40 Seae aquarum; erat tamen congregatio aquarum juxta illud, commissaeque sunt aquas e fonte per concavum quendam canalem.* Duos in Hierosolyma urbe, quae in arido licet & petroso loco sita, aquis tam non caruit, habebant ex fonte magno decursus, unde teste Collectore cipporum Hebr. p. 18. aquas vivas in duos canales e lapidibus moreis pertubos paratis, aliasque pulchras & elegantes structuras, effundebant. Thermis etiam canales egregium praestabant usum, atque de Thermis in primis Tiberiadis, quae in Gemara Babyl. Sanhedrin fol. 108. post vorticem Gadarae & fontem magnum Biram, ab aquis diluvii superesse dicuntur, Talmudici multa tradunt, quod cives Tiberiadis ad duxerint canalem frigidae in fossam calidarum, vid. Tr. Schabbath, C. III. ad quem locum R. Ob. de Bartenora sequentia commentatur: סלון צור שטשיכין והם לתוכו והיה אוטו צנור משועק בחמתבר' ומרתאמס מכה אייחת חמים החמי' וכשהיו החמי' זוננו נמשב' בתוכו טחמןן באחו סלון שנחמת בתוכו חמוי טברה Ratio igitur sententiarum suadet, ut credamus, Hiskiam etiam usum canalium crebrum ac frequentem in derivandis aquis Gichonis hoc in loco accommodasse.

V. Propius vero ad rem est accendum. Neque enim nobis operae est, id agere negotium, ut pluribus, re nondum satis explorata, materiam canalium, et quo in primis apparatu confiterint, persequamur; nostra etiam parum interest, ejus rei meminisse, cum majora adhuc exponenda restent. Subducemus tamen, ut reliqua facilius intelligantur, paulum rationes, quoad rei conjectura patitur. Ducebatur aliquo tempore aqua aut forma struibili, aut plumbeis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fistilibus tubis, ut habeat Palladius. Aemilianus Taurus L. IX. Rei rust: C. II. Sed utrum eorum aliquid nostris conveniat, in utramque partem disceptari potest. Legimus autem materiam fistulis, quas

describit Jul: Sext: Frontinus, Libro de Aquaeductibus urbis Romae, plumbum praebuisse; tubuli enim divitum plumbi erant, at qui tenuiori utebantur fortuna, ligneos adhibebant, ut appareat ex aenigmate 27. Coelii Symposii. De prioribus legitur in Roderici Ximenez Historia Arabum p. 44. quod Abderramen praeceperit, plateas Cordubae pavimento lapideo solidari, & aquam a montanis plumbeis fistulis derivari, & fontes juxta Mezquitam eductione nobili emanare. Et, si credimus Pseudo-Aristae, receptacula singula sub terra habebant innumerabiles fistulos, haec omnia autem plumbo obducta erant & in solo, & in lateribus, & multa terra testa. Accedit magnificentiae studium, cui hac etiam tempestate ita dediti fuerunt homines, ut nulli rei parcerent, si quid affabre ac eleganter construendum erat. At enim multo salubrarem esse ex tubulis aquam, quam per fistulas, ait Vitruvius Arch. L. VIII. p. 376. quod per plumbum videtur esse ideo vitiosa, quod ex eo ceruifascitur, haec autem dicitur esse nocens corporibus humanis. Hocigitur uitium, nisi mediis quibusdam fuerit emendatum, à fonte Siloam remotissimum omnino debebat esse. Ipse enim fons erat mira salubritatis, & in civitatem, valetudinis tutenda, vitae in obsessione toleranda, & difficultates belli superandi causa, ducebatur. His igitur positis, alio est quaerenda materia, quae tum rei re idonea, tum his etiam temporibus frequens & usitata erat. Magnum fontem Hierosolymae derabant in aedem sanctam, extra urbem iterum ultra duas parasangas, praesertim autem tres fontes tribus in locis prope aedem sanctam ex eodem derivati sunt. Aquas vero ex eo hauriebant ope fistularum, & ut ait Collector cipporum Hebr. p. m. 15. **רְחֵם יִמְשַׁל אֶכְכָּי** שְׂבֻוֹת יִפְּנִית בְּצִנּוֹרִות וּבְנִירִת שְׂשָׂמְחוֹת לְבָרְאָה canarium, affabre ex marmore factorum, instar tuborum, circum quoque autem sunt pulchra aedificia, quae cor spectatorum exhiberant, ex versione Cl. Hottingeri. Hinc lapides Sepulchorum in cippi Hebr. p. m. 50. dicuntur excavati instar canalis aquarum magni, quibus superstructus est lapis unus. Quare nostrae sententiae facile hac ratione probabilitatis locum relinqu possit existimamus. Nam ex duplice praesertim capite diminuitur probabilitas historica. Initio quidem ex numero testimiorum, per quos historia successiva transmittitur, deinceps ex nescientia loci, ad quem subjectum referuntur, hoc tamen spectat has dilatimmodi historias, quarum subjecta principalia sunt permanentia, si enim illa sint transeuntia, nequamdiminuitur probabilitas ob loci stan-

stantiam) Denique ex decursu temporis per quod historia transmittitur. Alias causas hic non considero, quia ex principiis his positis ad calculum reduci possunt. Sed cum neutrum horum nostram probabilitatem impediat, tantisper concedendam esse arbitramur.

VI. At erat forma diversorum temporum varia, neque apparatus ipse & structura eodem semper modo se habebant. Quare hic attinet rem exquisitius tradere. Altis molibus subfructis aquas Romanis in urbem invectas enarrat Strabo Amasenus L. V. οἱ ὑπόνοοι σὺν ἰόνῳ λύθῳ καταρραγόντες ἐδεξάμενοι κέρας ποσευτὰς. isti caniculi lapideis forniciis suffulti, nonnulli spatium currni foeni onusso transcurrit praehenit. Hinc arcus isti explicantur, qui per Naeviam portam in urbem tendebant. Discrepant igitur hi ab ipsis qui subterraneis meatibus ducebantur, quique in obsidione magis idonei, & propter arcanos meatus ab hoste tutiores erant. Cujusmodi aquaeductum Ezekias fecit magnis laboribus ac impensis, non ut aquam de rupi elicere finguntur Janus & Atalanta, sed excavata ferro rupe, ut dicitur Ecclesiastici C. 48. c. 19. atque ita per subterraneos canales deduxit aquas in medium civitatis jugiter fluentes, extracta ibidem publica, ad populi commodum, piscina, a Reg. XX. c. 20. Quod latius exponit Brocardus in Descr. Terrae S. L. I. C. VIII. §. 43. Intranibus in Ecclesiam sanctae Annae ostenditur piscina interior, quam Rex Ezekias hoc modo fecit: obturavit superiorem fontem aquarum Gyon, converting aquas ejus subitus ad occidentem ubi David per vallem Josaphat, incidens petram ferro, & inducens aquas per cibitatis medium in piscinam istam, ut in obsidione haberet populus aquas ad bibendum, & eas non possent Assyrii prohibere. Novum erat atque infinitum exemplum incredibili sumtu & labore constans. Obstupescerat vehementer aliquando Cassiodorus in aquarum ductibus, cum in his fit fabrica mirabilis, & aquarum salubritas singularis, & flumina quasi constructis montibus perducantur. Paulus Aringhus reconditi scriptor argumenti, Roma subt. T. I. L. II. C. I. p. 128. contemplans Claudiiani Aquaeductus fornices dicit: Si quis hos suspiciat, profecto ut ille etiam exclamabit: haud magis quidquam excogitari potuisse humano ingenio; siquidem per tot valles, per montes, per tot inaequalia supra et infra terram ducuntur. Magnum quidem est, montes perfodere, valles complanare, innumeris aquarum venis longo tractu urbem locupletare; verum brevi temporis spatio muros condere, turrem aedificare, rupem ferro excavare, & incidere, arcanisque viis per tam asperos

meatus & flexiones aquas deducere, hoc certe super omnem paene humanaam fidem evectum esse videtur. Mos erat perantiquus alere diligenter aquarum venas, artemque hanc procedente tempore amplificare. Inde varios subinde modos & formas, quibus id efficeretur, excogitabant, & ingentibus molibus stupendoque sumtu extriebant. Derivarunt aquas modo per montes, uti Antiochiae in vertice montis fons per canales subterraneos ad magnatum aedes transmittitur, teste R. Benjamin itin: p. 54. Claudius vero apud Tacitum Ann. XI. C. 13, §. 3. fontes aquarum sub Imbruiniis collibus deductos Urbi intulisse dicitur. Mox per portas, cuiusmodi porta Hierosolymis a Latere meridionali erat dicta שער חמיין quia teste R. Eliezer ben Jacob, per eam aquae manant; videlicet aquaeductus ab Etam manabat in Templum & atria, sive ut dicitur in Gemara Talmudis Hierosolymitani C. III. Joma מטבחת והיינט מושכת לו מעיט in mare (seu lacum Salomonis) canalis derivatur a fonte Etam, non vero in piscinam in Urbe, quod existimat collector Cipporum Hebr. refutatus ideo a Lightfooto in Fragm. p. 64. Subterraneas enim aquas, quae in templum ad ablendum sacrificiorum sanguinem immitterentur, ibi fuisse ostendit Eusebius Praep. Ev. C. IV. Esquilina porta sumptuoso aquaeductu iudicatur in Urbem Romam Aqua Marcia, quem C. Marcius primum exstruxit, per hanc derivabatur ad thermae Diocletiani, Ditericus Antiqu. p. 131. Immitebatur autem maxime a populis orientalibus, quod in primis obseretur, aqua super magna faxorum mole & fulcimento, quin & per fluvios aquaeductus aliquando transibat. Insignis est descriptio & dignissima quae hoc comparetur quam de Samarcanda Jacutus, في هذه المدينة الواقعة على النهر ينبع من ينبع على مسافة يليبيا في هذه رصاص وهو نهر في بيبي على مسافة غالبية من حجر يجري على بعد الماء إلى أن يدخل إلى السدليقة من ينبع كثي ووجه هذا النهر رصاص كل وون شهر في خروق الموريقة من سباع وليجري على مسافة وهذا نهر يجيء في وسط السوق بموضع يسمى قرنيان الطلاق كاره كاره موضع يسمى قرنه وعلى جانب هذا النهر غلات متوقفة على من ينبع في هذه النهر وتحفظ من الماء جوس على قيم عظمة هنا النهر شتا وصيفا Verba latine ita effero: *In urbe hac interiore rivus est per plumbum funditus, qui super alto deducitur lapido fultimento sive aquaeductu, donec ingreditur urbem ad portam Keshensem. Rivi, inquam hujus tota forma vel fundus plumbum constat. Reperitur etiam in urbis fortalio*

fortasse) fossa aquaeductus, super quo fluvius defertur; idemque medium forum fecat eo loco, qui porta Taki sive monumenti dicitur, & maxime habitata Samarcandae pars est. Provenientium autem ad flum vii hujus ripas frugum pars jure piae donationis pertinet ad Magos, qui ad fluminum pernoctare solent, eundemque custodire debent hyeme & aestate. Hem! novum genus Nymphaeum. At enim cujusmodi tandem haec omnia fuerint, si velinus comparare cum Aquaeductu Hiskiae nihil certe pretii istis statuendum erit, cum talium per rupes transmissorum vel nulla, vel rarissime, apud scriptores mentio fiat. Ipse Sextus Julius Frontinus, qui tamen accuratissime aquaeductus Romanos descripsit, in toto libro nihil ejus rei meminit.

VII. Ergo quaeritur in primis, qualis ista rupes & quo in loco fuerit collocata? Hic in genere istud observari velim, quod Strabo de situ Jerusolymae loquens L. XVI. p. 1104. ed Amst. ita memorat: ἔσι (τὸ Χαϊδον) περγάδες αὐτῷ μὲν εὑνδέον, τὴν δὲ κύκλῳ χώραν ἔχων λυπτέαν ἢ ἀνυδρον, τὴν δὲ εὐρός εἴζηνοντα σαύλων ὑπόπτεον, est locus saxosus, aquis ipse abundans, cum regio circum sterilis & secca sit & intra 60 stadias solum habeat interior lapisolum. Vallis igitur, quae separabat montem Moria, in quo fuit templum a monte Sion & totam inferiorem civitatem, extendebatur usque ad torrentem Cedron, per locum, ubi erat porta aquarum inter montem Sion, hoc pacto cingebat vorago illa ex omnibus partibus montem Sion, & haec erat civitas David. Ita quidem universum illum tractum montanum, multis collibus conspicuum comprehendit. Sed enim si strictiore significationem hic attendamus, qua Sion & civitas David partem urbis superiorem constituebant, patebit, montem hunc initium sumuisse a porta aquarum sive fontis Silohae versus Orientem, & ut Brocardus C. VIII. ait, suo tractu per Meridiem usque ad Occidentem fere semicirculum descripsisse, rupe praerupta vero semicirculum hunc cingente & consolidante. Itaque Aquaeductu versus Orientem per portam fontis, quae erat prope a monte Sion, derivato, hinc excavata ferro rupe produxit eundem Hiskias ad regiam Davidis.

VIII. Ex his igitur colligitur, cujusmodi debuit esse structura ipsa & lapsus naturalis quidem, sed ad loci tamen ipsius naturam accommodatus, ut proportione adaequata collectae aquae cursum perficere & continuare fine ulla mora & impedimento potuerint. Aqua enim non modo ipsa est corpus fluidum, ex particulis subtilissimis, coagmentatum, & talis fortasse liquor, cui gravitas absoluta aequa ineft, ac aliis corporibus,

quod videmus in instrumento hydrometrico; sed etiam, librata planis-
tie tubulorum ac decursus & expressionis, facilis descendit quam extol-
latur, propter vehementem spiritum, qui in aquaeductione solet nasci,
ita ut etiam saxa perrumpat, nisi primum leniter & parce à capite aqua
immittatur, & in geniculis, aut versuris alligationibus aut pondere sabur-
ras contineatur, teste Vitruvio de Arch. L. VIII. p. 376. Operae igitur pre-
sumunt non solum Phaemoneni istius, sed totius etiam apparatus rati-
ones accuratius paulo inquirere. Huc vero nolim accommodare sen-
tentiam Portae aliorumque de metu vacui, quandoquidem, postquam
Evangelista Torricellus, Mathematicus Florentinus, observavit, si cana-
lem altitudinis cuiuscunq; repleas Mercurio, & postea canalem inver-
sum, aperto orificio immegas vasculo similiter replete Mercurio, hunc
ad altitudinem 27 circiter pollicum praeципitari, & illic postmodum haec res
velut suspensum; idemque deinceps aqua tentatum, & comprehensum, hanc
in altitudine 30 circiter pedum sustineri, omnis hac de metu vacui opinia
videtur expiisse. Quare pressio aeris potius deberi, qua in arte etiam hy-
draulica infinita paene nituntur, evicuum dabimus. Id vero usū & experien-
tia maxime comprobatum est, liquida non solum porosa esse, sed & in eorum
poris aerem delitescere, cundemque pro diversis circumstantiis elasticitatem
suum magi, vel minus, exercere, inde fortassis etiam variorum liquorum vites
& activitas major, aut minor, derivanda est. Quod si igitur repleatur aere corpus
aliquid, exterior aer nihil omnino efficiet, extracto vero interiori operatio existit,
quaesit aequalis vi prementi aeris exterioris. Uterque enim maxime restitit,
& quantum premat interior, tantum etiam pressio immittere contendit ex-
terior, quod egregie demonstravit acutissimus Wolffius in peculiari libello de
Aerometria. Si vero evacuetur paulum interior, rarius fit, quam exterior, ade-
oque ipsius vis elastică debilitatur. His igitur positis, operatio quedam or-
nino sequi debet, quae vel toti aeris pressioni, vel excessivo resistente inter-
ioris congruat, nempe vis aeris elastică aequalis illi, quam aer comprimit;
Vis enim debilior non tam arte potest comprimere aerem, quam fortior &
major, cui ideo resistere debet. Quoniam tamen aer habet vim elasticam,
qua se, quid fert facultas, extendere nititur, sequitur, quod per vim su-
am elasticam aeris comprimenti debet resistere, haec vero pressio cum sit de-
bilio, hinc aequaliter eidem oportet esse. Colligimus itaque, obturato fonte
Giechon, nihil prohibuisse, ut quidem videri poterat, quo minus aqua iter
confutum absolvere potuerit; neque enim aer solum exterior subtilissimus
semper incubuit fonte, & penetravit ad canales, sed inclusus etiam aer & ipsa vis
elastică aequalis pressioni isti, quae est ad os piscinae & putei, impetu vehemen-
tiori emanabat eo quidem modo, quo potentiam sese effundendi ab impellen-
te via ceperat. Et quo magis in canali aer comprimebatur, eo magis effervescebat
vis ejus elastică, quam exitus aquarum & cursus non impeditus sed citarus & in-
petuosus aliquando fecutus est. At enim dixerit aliquis: Motum quidem & lapsum

esse determinatum, sed nondum proportionatum, ob tam sinuosas flie xi on es, ob faxa
Prerupta aliaq; impedimenta, antequam ad civitatem David perveniret, adeoque
non aequali semper aut continuato curfu erupisse, quod tamen in obsidione aue
alias etiam requirebatur. Sed hic ante omnia istud probe tenendum est, quod si
duo pluresve canales, inter se conjuncti, aqua impleantur, aequaliter in omnibus
altitudinem aqua reineat. Si enim omnes canales in linea horizontali ad an-
gulos rectos constitutuntur, & aequales habent diametros, aqua etiam utro-
bique ejusdem est gravitas, & omnes aequaliter in se continebunt spatium;
deinceps si altitudo prioris ad altitudinem posterioris se habet, ut basis po-
sterioris ad basin prioris, productum altitudinis ex basi prioris aequaliter erit
productio altitudinis ex basi posterioris; denique si unus canalis cum linea
horizontali constituit angulum rectum, alter vero cum eadem angulum ob-
tusum, gravitas aquae in canali potest considerari tanquam globus in superfi-
cie plana. Hinc quoniam aqua in uno canali aquam in altero potest repra-
mtere, si est utraque ejusdem altitudinis, etiam aqua in tertio canali acqua-
lia est ponderis & preisionis cum aqua in quarto canali, si est ejusdem alti-
tudinis. Dicenti sed non constitutunt lineas rectas; responderetur, quod aqua
contenta in canali habeat rationem compositam omnium partium unius ca-
nalis ad omnes partes alterius canalis. Neque etiam longitudine canalis unius
efficeri potest, ut aqua in altero breviori contenta ultra suos limites protru-
datur. Detur enim, ut sub variis flexuris per planum inclinatum affurgat a-
qua in canibus, imo per varios etiam meatus praecipitur, novisque exci-
piatur canibus, una tamen columna aquae alteram aequa servabit in ac-
quilibrio, ut scilicet utrobique diffundere queat, si videlicet liquor sufficiens &
copiosus uberi nisu effluat, viresque semper novas aquas in motum actas
suppediter, ut repetito impetu motus etiam acceleretur. Evidem, quod
non infiior, si velimus attendere ad descensum liquoris, praeceps omnino
impetus aequalitatem effluxus impedit. Secerup enim canalis longitudine ae-
qualis in 6. partes aequales, patet, quod grave descendens acciperet in
parte sexta velocitatem duplam illius, quam acquisiverat in secunda. Debe-
bit igitur aqua in sexta parte replere partem tantum dimidiad ejus, quam
replebat in secunda; ipsius enim altitudo, quia transit eodem tempore, tan-
to minor esse debet, quo major est ipsius velocitas, & si totus impletatur ca-
nalis aqua, dum perveniret ad ultimam partem, non pertinet nisi usque
ad dimidium canalis, quod supponimus esse subduplum ipsius; constat igitur,
quod aqua in quinta parte non descendet per planum istud aequale, sed per
planum magis declive, hinc quo magis ad initium accedimus, eo magis eti-
am augetur velocitas in certa canalis longitudine data. Verum hoc loco e-
levantur canales, & adscendent ad civitatem David. Hic plana constituuntur
non solum inter easdem parallelas, sed aqua paterant etiam, quoniam
pressio non tam est violenta, & curfus citatus quidem, sed in aequali linea
horizontali in quolibet canali pondere proportionato elevatur. Quaelibet
etiam sectio, in qualibet canalis parte, nisi velocitatem curfus retardet vis
quaedam exterior impellens, & aqua praeterea limpide fluat, tot gradus ad-
mitit, quor ipsa pressio & vis violenta communicat. Ponamus enim aquam
in prima sectione eodem tempore superare aquam in quarta sectione, ratione
quadra-

quadruplica, vis tamen motrix, & particulae in area canalis collectae attrahent velocitatem cursus, ut, vi elasticitatis suae pleno semper imperu ruant. Nihil ergo impedit cursus obliquior, & flexio crebra, multo minus saxorū declivitas & asperitas, aut inaequalis fortas adiens, nam quacanales eadem est ratio planorum, & qua columnas aquas eadem ratio gravium. Ex hoc principio vero, in primis si ascensus ex perpendiculo aeternatur, flunt infiniti aquaeductus, & hac ratione per siphones ac tubos variatim diffundunt, exprimi & elaborari possunt. Intelligitur etiam ex hoc quod modo Nitocris, ut est apud Herodotum L. II. c. too, fratris occisi uscicondis injuriae causa, convocans ad convivium multos Egyptiorum, quos caecis consciens fuisse norat, discubentibus magnum flumen per occultum canalem immiserit. Intemperantius utitur Europa maxime in aulis Principum eleganti apparatu fontium vario ac insigni artificio constructorum, qui tam maximam partem illustris spectaculi debent preflissi aeris & embolitorum, quando v. c. folles per occultum imaginum amplexum ludibrios fonticulos præbent, qui non sine jucundo danno, velut hostes madidi, ambulantes vel sedentes ubivis prosequuntur. alia phænomena, quoniam hujus loci non sunt, lubentes prætermittimus, quoniam aliqua adhuc dicende restant. Posset enim quaestio proponi: Si juxta Vitruvium L. 8. pag. 37, in suo sibi saeo canalis debeat excidi, rupes vero præerupta per quam transpetris angustiam & præeruptum in rupis ascensum usque ad civitatem, transmittere cosdem, hinc patet capaciore canalem aquas plenum, angustiae aquæ transitum minime dirigunt ad amplitudinem canalium, adeoque cum istis in aequalitate flunt. Fingamus enim intra ampliorem canalem confidere adhuc aliquos angustiores, tamen quoniam fluxus unius canalis aquæ non nisi uni fluxui alterius opponitur, nisi reliquo unius canalis, ob terminationem unius canalis in altero redditur inefficax. Pluta phænomena, quæ in aquaeductu Hiskiae ulterius possent investigari & applicari, spatii angustia, qua circumseribimur, non capit.

IX. Quare in fine ad Aquaeductum finem, ius & usum breviter attendamus. Romanis olim aqua in balnearium aut fullonicorum usum dabatur, cratulus vestigialis statuta merces, quæ in publicum penderetur; auctor est Frontinus L. II. usus præterea inumeros, quos commemorant inter reliquos interpres Raphael Fabretti, & Joh. Chisletius in Aqua Virgine prudens omitto. Legi etiam cautum erat, ne quis sine literis Caesaris aquam ordinari decebat, procurator autem calicem, (qui ad lineas certas ordinari debebat) eius moduli, qui fuerat impletatus, adhibitis liberatoribus signare tenebatur, & mensuram diligenter attendere. Apud Judæos vero nihil de ejusmodi aquarum communis. Ductus igitur Hiskiae, ut summam eorum tradamus, canales erant, constructi ex materia selectiori, & subterraneis meariibus, ut populo in obsidione, multisque alijs rebus usui esse possent.

tra-
ru-
s fa-
qua-
gra-
efli-
varii
gra-
quon-
cen-
cav-
n ca-
punc-
i ta-
ibo-
ndos
am-
hu-
cen-
375,
ans-
n in-
em,
ngu-
se i-
que
ana-
co-
ca-
Plu-
ri &
mus.
tque
onti-
s in-
as o-
du-
) e-
atur,
modi-
usus
mus,
s par-
item,

NOBILISSIMO
Domino Respondenti
S. P. D.
PRAESES.

A Ssentior Tibi, humanissime VIR, nec facere possum, quin constantiam in studiis & conatus in ueriori eorum cultura digne praedicem publiceque collaudem. Hac mente inductus, prolixius tibi favere coepi in primis cum rectam indolem proprius intuerer, atque haud obscure intelligerem, quanta in laboribus assiduitate & diligentia animum fingeres, atque ab re humili & irani, turpique otio, quo diffluere solet alioquin aetas vegetior, abhorres. Usu expolitum doctrina, & crebro maxime exercitio alitur & confirmatur, hinc permagni refert, quam quisque ingreditur viam, & quomodo rectam studiorum rationem iniire debeat. Variae sunt florenti in primis aetatis robori difficultates propositae, labuntur multi, antequam negotio feliciter peracto, veram solidamque laudem, plenumque disciplinarum fructum consequantur. Quidam rebus ad sensus cum suavitate affluentibus cipiuntur, atque corruptis moribus aequam honestioris vitae rationem deserunt, & cum ratio praeesse debeat,

appe-

appetitui morem gerunt, eidemque obtemperant. Sunt, qui praecipiti consilio, vel pulchras animi dotes negligunt, vel ob animum angustum atque demissum lucem splendoremque fugiunt, vel denique levitate quadam omnes umbras etiam falsae gloriae conseruantur; hinc nonnulli ad altiora animum applicantes, velut in ingentem delati sylvam dubitant, cuinam potissimum stipiti ferrum intentare debeant. Ampliores sibi fines isti describere mihi videntur, qui id, quod est cognitu paeclarum, facile arripiunt & deinceps alis demonstrant. In quorum numero cum haberi possis, nemo erit qui exprobrabit aetatis licentiam, sed omnes tibi bene cupient, atque hoc specimen ornatissimam familiam spe melioris doctrinae recreabit. Quare dum hoc argumentum Philologico Hydraulicum mecum exequaris, grave mihi esset tacere in communi Tuorum gaudio, nec animum tibi devinctum ea qua par est modestia declarare. Faxit Deus, ut honesti conatus doctrinae tuae decus ageant, Patriae ac Summe Reverendo atque Excellentissimo Parenti spem amplissimam promittant, tibi vero paeclara multa decernant. Vale.

Dab. Vitemberga d. 3 Id. Aug. 1000
ccccxv.



Ung. VI 17



56

W-17 Z



18
12

L. B. V.
RECTORE ACAD. MAGNIFICENTISS.
FRIDERICO AVGVSTO
SERENISS. IVVENTVTIS PRINCIPE

AQVAE DUCTUS HISKIAE

PRAESES
M. ERDM. GOTHOFR. CAMENTIVS

AL. ELECTORALIS

AD III. EID. AVGUSTI

A. R. G.

• CCCXIII

PUBLICE EXCVTIET

COMMITITONE

CHRISTOPH. SAMVELE MARTINI DRESD.

PHIL. ET S. THEOL. CVLT.

VITEMBERGAE

Ex officina CHRISTIANI SCHROEDTERI ACAD. TYPOGR.

